



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

Quomodo omnes Christiani sint sacerdotes, & de duplici sacerdote.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

Tristibus & Bœtius 3. Cōsolat. Qui se vo-
let esse potentem, animos domet ille fe-
roces, &c. Nulli tamen cōsecuti sunt hoc
regnum, nisi per fidem vnus Christi re-
gis. Alterum est autem regnum externū,
non commune omnibus: aliās polytia po-
puli Dei fuisset omnium pessima. Tribui
Iuda siquidem datum est regnum Israel.
Gen. 49. 2. Reg. 7. Quod regnum solum
erat verum: institutum à Deo. Cætera au-
tem regna primum ortum habuerunt à
Tyrannide, vt patet de Nemroth, Nino,
Romanis, &c. Hactenus de regno eorum
qui sub Christo militant.

Gen. 49.
2 Reg. 7.

CAP. 36. *Quomodo omnes Christiani sint sacer-
dotes, & de duplici sacerdotio.*



Non desunt hæretici qui asse-
rant omnes Christianos ex
ipsa vnctione baptismi esse
sacerdotes, nihili pendentes
vnctionem sacerdotalem (qua hactenus
vsa est ecclesia) cum Ioan. V uiciefuo Pet.
V ualdone & cæteris id genus pestibus.
Igitur aduertendū est quòd olim in po-
pulo Dei primogenitus erat rex & sacer-
dos & illud erat ius primogenitura de

Psal. 104.
Nolite tan-
gere cristos
meos.

quo, Gen. 28. Nos verò qui nacti sumus *Gene. 28.*
 illam primogenituram per Christum qui
 est primogenitus, Colof. 1. Indepti sumus *Colof. 1.*
 utrūque videlicet & regnum & sacerdo-
 tiur. De regno paulò antè: nūc de sacer-
 dotio differēdum, quod similiter est du-
 plex, sicut de regno præfati sumus, inter-
 num videlicet, & externum publicum.
 Interni enim interest offerre Deo sacrifi-
 cium internum, Ioan. 4. Veri adoratores, *Ioan. 4.*
 adorabunt in spiritu & veritate, cuius sa-
 crificij signum est sacrificium visibile, ex-
 ternum 10. de Ciuita. Illud internum sa-
 crificium est, quo quis offert se & sua in
 Dei obsequium, animam per contritio-
 nem & humilitatem, Psal. 50. Sacrificium
 Deo spiritus cōtribulatus, cor contritum
 & humiliatum Deus non despicias. Item
 corpus, Rom. 12. Primo illud exponendo *Rom. 12.*
 morti pro Christo, ad Phil. 2. & 2. ad Ti- *Philip. 2.*
 mot. 4. Ego enim iam immolor, & tem- *2. Tim. 4.*
 pus meæ resolutionis instat: secūdo mor-
 tificatione, 1. Corint. 9. Castigo corpus *1. Cor. 9.*
 meum, & in seruitutē redigo, & 2. Cor. 4. *2. Cor. 4.*
 Semper mortificationem Iesu Christi in
 corpore nostro, circumferentes vt & vita
 Iesu manifestetur. In corporibus nostris.

Tertiò demum addicendo illud ad exe-
 quēda opera iustitiæ, & diuini cultus, bo-
 na externa per eleemosynā & opera cha-
 ritatis, *Hebr. 13.* beneficentiæ & commu-
 nionis nolite obliuisci: talib⁹ hostiis pro-
 meretur Deus. Illud sacrificium internū
 omnibus Christianis commune est, co-
 lere Deum in spiritu, quod nō possumus
 sine spiritu Dei, per quem colimus ipsum
 Deum fide, spe, charitate, timore Dei, &
 obedientia. Extremum autem etiam om-
 nibus Christianis commune, est offerre
 orationem, *Psal. 140.* Eleuatio manuum
 mearū sacrificium vespertinū. Item lau-
 dare, gratias agere pro beneficiis receptis
 per Christum, gratia, remissione peccato-
 rū, vita æterna, &c. *Psal. 49.* Immola Deo
 sacrificium laudis, & *Psal. 115.* & *Esa. 61.*
Esa. 61. Plantatio Domini sumus ad glorifican-
 dum illum. Item confiteri, laudare no-
 men Domini, inuocare, glorificare, ho-
 norare, commēdare publicè gloriā Dei,
 vt alij Deo fidant & colant, *Psal. 33.* ma-
 gnificate Dominum mecum & 65. veni-
 te, audite, & narrabo vobis quanta fecit
 animæ meæ, sic *Psal. 20.* Exaltare Domi-
 mine in virtute tua demum cantabimus,

& psallemus virtutes tuas. Idem, Psal. 9. Psal. 9. 21.
 21. 117. & 144. Magnitudinem tuam nar- 117. & 144
 rabunt. Ista pertinent ad 2. præceptum,
 quemadmodum & interna sacrificia ad
 primum. Ad tertium autem præceptum
 pertinet ista sacrificia: audire verbū Dei,
 meditari, admirari, docere alios, quiesce-
 re in verbo Dei, Luc. 10. Colere Deum sa- Luc. 10.
 cramentis, baptismo, Eucharistia, patien-
 tia, &c. Alia autem consistunt in mortifi-
 catione sui, & operibus charitatis, per quæ
 agimus Deo gratias pro beneficiis eius,
 testamur obedientiam nostram, quæ præ-
 stat omnibus externis sacrificiis. 1. Reg. 15. 1. Reg. 15.
 veluti & misericordia, Matt. 9. Oz. 6. Mi- Matt. 9.
 sericordiam volo, & non sacrificium. Per Oz. 6.
 bona etiam opera, quæ sunt externa sa-
 crificia, exercemus fidē, inuitamus alios
 ad Deum laudandum, Matth. 5. Videant Matth. 5.
 opera vestra bona, & glorificent patrem
 vestrum qui in cœlis est. Cognitio autem
 Dei, quam natura habemus, Rom. 1. In- Rom. 1.
 ducit nos ad præstandum ei obsequium,
 & testandum de eius cognitione: non tã-
 tum quòd sit, quinimo quod omnia gu-
 bernet & cõseruet. Vnde illum colimus,
 honoramus, gratias agimus: Sacrificium

DE REGNO

enim est præcipua pars cultus diuini. Vnde ex Aristotele i. cæli. natura docet nos sacrificare Deo, quæ colim⁹, hymno, adoratione, & sacrificio, seu oblatione. Quæ obrem diabolus sciens sacrificari esse cultum Dei, volebat sibi sacrificium non solum animalia, imò filios & filias, Psal. 105. Immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis, Deut. 32. 3. Reg. 11. & Hiere. 32. cultum Dei verū & Deo gratum, qui est sacrificium Eucharisticū: docet nos spiritus sanctus qui per fidem in Christum datur, Gal. 3. a quo omne bonum. Item fides præcipuè quam habemus de vero sacrificio expiatorio Christi, quod spectabant omnia antiquorū sacrificia, Heb. 11. Fide vberiorē hostiam obtulit Abel. Illa fide sacrificij Christi in remissionem peccatorum expers fuit Cain. Idcirco sacrificium suum externum haudquaquā fuit Deo gratum, & acceptū. Ista fide caruerunt Gentiles qui tantum naturæ instinctu sacrificarunt: quorum sacrificia non probauit Dominus. Illi siquidem tantum externa sacrificia patrum imitati sunt, nō interna nec fidem. Nam cum audissent quòd Abraham qui iussu Dei voluit im-

Psal. 105.
Deut. 32.
3. Reg. 11.
Hierem. 32.

Hebr. 11.

Gene. 22.

molare filium suum, placuit Deo, sine verbo Dei immolarunt filios suos. Patrum siquidem sacrificia protestabantur fidem de sacrificio Christi. Item per illa ostendebant se gratos Deo pro eius beneficiis, ut Noe, Gen. 9. Immolat Deo quod con- *Gene. 9.*
 seruasset eum in diluuiio. eodem modo Iacob in reditu de Mesopotamia, Gen. 32. *Gene. 32.*
 Si enim Adam non peccasset, utique fuissent sacrificia Eucharistica, id est laudis, & gratiarum actionis Deo grata: Nec fuisset opus sacrificio expiatorio pro peccatis, quod solus Christus absoluit, qui vna oblatione sanctificauit in sempiternum sanctificatos, Heb. 10. At nunc post ca *Hebr. 10.*
 sum generis humani nullum obsequium, nulla laus, nulla gratiarum actio est Deo grata sine sacrificio illo expiatorio Christi, quod solum nos reconciliat Deo, solum emundat conscientias nostras ab operibus mortuis, dat remissionem peccatorum, satisfacit pro peccatis, placat iram Dei ad aeternam iustitiam. Ego inquit Dominus, Ioan. 17. pro eis sacrificio me ipsum. *Ioan. 17.*
 per illud nos sumus grati Deo, Ephe. 2. & sacrificia nostra grata, tametsi imperfecta. Illius sacrificij fuerunt vmbra & figura

DE REGNO

omnia veteris legis sacrificia ex August. 10. de Ciuit. & de fide ad Petrum 20. lib. contra Faustum & 1. lib. contra aduersarium legis & prophetarū. Vnde nos quos creauerat Dominus ad sacrificandum ei hostiam laudis, vt eum cognosceremus & amaremus, nihil horum possumus prestare sine Christo, & eius sacrificio. Hactenus de sacerdotio spirituali, & sacrificiis expiatorio & eucharistico.

CAP. 37 *De externo & publico sacerdotio.*



Non est recens hæresis asserens omnes Christianos esse sacerdotes. Hęc enim in ipso nascētis ecclesiæ exordio, præcipuè à morte Apostolorum, superfeminata est à fatore zizaniorum diabolo ex Tertuliano, de præscriptionibus hæreticorum, & Cypriano epistola 9. 3. lib. ad Rogatianum episcopum. Eam hæresim reduxit in medium Mart. Luth. lib. de capt. Babylonica. Vnde pro cognitione huius notandum venit quod à principio orbis conditi, fuit differētia inter sacerdotes, reges & vulgus, Primus homo Adam constitutus est à Deo rex orbis. Gen. 1. & Psalm. 8.

Gen. 1.
Psalm. 8.

qui